



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Matthaei Tympii Aureum Specvlvm Principvm,  
Consiliariorvm Ivdicvm, Consvlvm, Senatorvm, Et Aliorvm  
Magistratvum Cvm Ecclesiasticorum tum Politicorum  
omnium**

**Tympe, Matthäus**

**Coloniae Agrippinae, 1617**

83 Spectacula vana prohibere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52641)

prouocaret, aut cogeret. Ebrium in exercitu, in posterum aquam potare cōmpulit. *Crantz. Saxon. lib. 2. cap. 8. Auentinus lib. 4. Annal. Boiorum. 14. Maximilianus I. Imp.* inter prandia rarò bibe-  
bat: in mensa vt plurimum ter: atque ideo valetudo illi vsque ad periodum vitæ prospera semper fuit. *Cuspinian.*

## SIGNVM LXXXIII.

SPECTACVLA VANA, ET IVR-  
pia prohibere.

1. **T**iberius *Cesar* ludorum ac munerum im-  
pensas corripuit, mercedibus Scenicorum  
recessos, &c. *Sueton.*

2. Romæ cum Præsidium licentia in edendis  
spectaculis multum damni Prouincialibus infer-  
ret, eosque quotidie nouis collationibus exhau-  
raret, *Nero* veniit, ne gladiatorium munus, aut  
ferarum spectaculum Præsides in Prouincijs e-  
derent. *Alex ab Alex. lib. 4. cap. 6.*

3. *Gymnicus ἀγὼν* apud Viennenses ex cu-  
iusdam Testamento celebrabatur. Hunc *Trebonius*  
*Ruffinus* in Duumviratu tollendum auolendum-  
que curauerat. Cum negaretur ex autoritate  
publica fecisse, eumque restitui hæredes postu-  
lassent, egit ipse causam suam apud *Traianum*  
*Imp. C. Plinio Nepote* in consilium assumpto. Di-  
cebat eas potissimum liberalitates priuatorum  
hominum esse omni Reip. valde suspectas, quæ ci-  
uitati nullum ornatum, nullam utilitatem; plebi  
solam duncaxat voluptatem, atque delectationem  
afferant: qualia sunt venationes, spectacula, alia-  
que

que huiusmodi certamina. His apprimè muneribus abduci, trahi, compelli animos ciuium: quã vim, atque auctoritatem, qui sibi parare cupit, necesse est eum aliquid magnificentius sentire de se. Præterea accidisse, (quod perpetuo solet) ut hoc nudo & impudico certamine, propter otium & voluptatem, mores Viennensium inficerentur. Placuit Agona tolli. *Plin. lib. 4. epist.* Vide Stimulos Virtutum lib. 1. cap. 19. & seqq.

## SIGNVM LXXXIV.

STVDIA LITTERARVM ETIAM  
dum corpus curatur, atque aded in publicis negotijs non intermittere.

1. **C.** *Julius Casar*, ne in medio bellorum furor quidem vnquam litterarum studium intermisit; neque ludos, aut alia publica munera sine lectione spectabat. Omnium testimonia Commentarij illius superant, inter armorum strepitum, ac bellorum, tum externorum, tum civilium curas scripti. *Fulgosus lib. 8. cap. 7. Plut.*
2. *Augustus* liberalium studiorum aded erat cupidus, ut medio Mutinensis belli ardore, (in tanta mole rerum) legeret, aut scriberet, quotidie declamaret: imò & eo tempore, quo radebat barbariam, aut legebat, aut scribebat aliquid. *Sueton. Sab. lib. 1. Enn. 7.*
3. *M. Antoninus Philosophus* (ob Philosophicæ excellentiam sic dictus,) Imp. ultra publicas curas, quas nunquam deseruit, (cuius rei argumentum est, quòd diu pacatum tenuit Rom. Imperium) plurimum studij litteris impendit, cum de Phi-